

# NEOBJA VLJENA

## BAŠTINA

★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★★

### FRANJO NIGER I NJEGOV MILANSKI KODEKS (III)

118

Za svoga boravka u Aradu (1484–1491) Niger je za školsku svečanost u slavu sv. Nikole, zaštitnika svojih učenika, sastavio 'Scholasticum Orosianae iuventutis drama'. To neveliko djelo građeno je od nekoliko raznorodnih dijelova:

- dva distiha, kojima se učenici obraćaju sv. Nikoli noseći voštanice oblijepljene srebrnjacima;
- tri kraće molitve (epistola, secretum, postcommunio);
- podužeg panegirika što ga u najvažnijem dijelu svečanosti pred okupljenim građanima drži izabrani učenik;
- 20 elegijskih distiha pjevanih u toku ophoda jahača,
- završnog govora u školskoj dvorani.

Raznolikost mjesta zbivanja, sadržaja i oblika pojedinih etapa odvijanja ove svetkovine zanimljiva je za proučavanje kulta sv. Nikole u Ugarskoj. U zapadnoj Evropi se od XII st. javlja taj kult, posebno u vezi s legendom prema kojoj je sv. Nikola oživio troje djece spasivši ih od opakog gostioničara, koji ih je bio ubio i spremio u posudi za rasol. Niger spominje tu epizodu iz svečeva života (f. 130r, 19): ...quod tres scholastici ordinis adolescentes ab acerrimo christiani nominis hoste compressos ad vitam redegit.

U završnom govoru (f. 132r–132v) Niger ukratko tumači postanak takvih svetkovi-  
na kod Etruščana, uspoređuje ih s rimskim Saturnalijama i ističe dva osnovna elementa u toku odvijanja svetkovina – duhovnu i fizičku aktivnost sudionika: Utraque scilicet munerum genera ab animi contemplationibus ad fausta corporis exerci-

tamenta deducentes. A sve je to u našem slučaju: omnia tamen Attico perfusa eloquio – oplemenjeno atičkom rječitošću. Tim riječima Niger određuje svoje djelo i sebe i kao pisca i kao pedagoga.

Tekst ove školske drame sačuvan je u dva rukopisa: u Milanu – Codex Ambrosianus C 12 sup (ff 57r–65r) i u Vatikanu – Codex Vaticanus 4033 (ff 127–132v). U vaticanskom je rukopisu tekst dotjeraniji i pravopisno dosljedniji od teksta u milanskom kodeksu. Zanimljivo je da je taj isti tekst brižljivije napisan i od Nigerova djela Peri archon koje se nalazi u istom kodeksu na folijama 1–125. Upravo se zbog toga ne može sa sigurnošću tvrditi da je to autograf.

Emendacije u vaticanskom rukopisu:

Vat. f128r,17: temeritati – Amb. f58v,5: temeritate  
" " 19: annum – " " 8: animus  
" f128v,12: solus – " f59r 1: scelus  
" " 21: integritate – " " 10: integritudine  
" " 22: mira – " " 11: mea

Od pravopisnih emendacija u vaticanskom su rukopisu najčešće: pisanje diftonga ae, oe umjesto e (praeter-preter, aequitas-equitas, Maecenate-Mecenate), pravilno pisanje geminata (pollicitam-policitam, nullus-nulus, mirabilem-mirabillem), ti umjesto ci ispred vokala (impreseniarum-impresenciarum, contione-concione, signantia-signancia, initiati-iniciati), y umjesto i u grčkim riječima (adytorum-aditorum, corymbiferas-corimbiferas), suglasnička grupa -nct- umjesto -nt- (sanctitatem-santitatem).

119

Iako je tekst u milanskom rukopisu autograf, ipak sam zbog spomenutih emendacija tekst pripremila prema vaticanskom rukopisu. U milanskom je rukopisu iza cjelovitog teksta dodana (ff 63v-65r) još jedna pjesma u heksametrima: Euge bonis avibus... posvećena blagdanu sv. Nikole. Ima nedotjeranosti ne samo pravopisnih nego i metričkih. Da li je to druga verzija pjesme pjevane u toku ophoda jahača ili ju je Niger sastavio i zapisao u trenutku nadahnuća bez obzira na školsku predstavu, teško je reći. Možda mu se nije svidjela, to je nije, kao što se iz vaticanskog rukopisa vidi, uklopio u predstavu.

U ovom se svome djelu Niger potvrđuje kao vrstan znalac latinskog jezika, dobar stilist, sposoban da ne samo riječju nego i djelom oplemeni učenike Attico eloquio. Iz opsežne bibliografije Nigerovih tiskanih i rukopisnih djela koju je za ovaj broj časopisa pripremio Š. Jurić, vidljivo je da se i teoretski bavio stilistikom latinskog jezika i da su mu ti radovi bili poznati širom Evrope.

Olja Perić

f 127r	Scholasticum Orosianae iuventutis drama instituente Francisco Nigro Veneto, lorita, academiae moderatore, in divi Nicolew sacris, anniversario et panegyrico et donariis publice celebratum			
	<i>Cerei funis argirotico aere vallati titulus</i>	5		
	Gymnica Cecropias studiosae turba iuventae Nicoleos defert in tua templa faces, Quae velut e dulci deducunt nectare lumen. Sic tribuant dulcis tempora cana dies.			
	<i>Prima flaminis inter agendum supplicia</i>	10		
	Omnipotens rerum omnium moderator et iuste deus, qui a mortalibus huiusce mundi stipendiis ad caelestem illam divinamque militiam pietissimum pontificem Nicolaum, scholastico stemmate decoratum, evocare dignatus es, ut qui in excanescentibus undis studiosae turbae ductor extiterat, is etiam apud clementissimam maiestatem tuam eius tutor adesset. Annue, quae sumus, lucubranti ephaebiae, ut, cum tanti parentis adiuta praesidio nihil ad bene beateque vivendum amplius exoptarit, quod reliquum	15		
120	f 127v est, una cum magnifico praetore nostro probatissimaque civium istorum caterva ad pollicitam haereditatem tuam adeundam toto mentis feratur affectu. Per Dominum.	20		
	<i>Altera arcae linguae adytorum sacra murmura</i>	5		
	Si quis apud clementissimam maiestatem tuam innocentiae precibus relictus est locus, respice tenellas puerilis catervae voces, sanctissime Deus, et praesta, ut beati pontificis Nicolai opitulante suffragio ad eam possimus virtutem attingere, sine qua tua nobis est in certa potentia. Per Dominum.	10		
	<i>Tertia litatis sacris adiecta piamina</i>			
	Libata caelesti victima, pietissime Deus, maiestatem tuam supplices exoramus, ut scholastica turba, quae benignissimo pontificis tui Nicolai patrocini gubernatur, tuo lumine illustratur, et sinistrem declinet flagitiorum callem et in dextrum directa verticem ad divinum utriusque virtutis apicem tendat, quo tibi Deo summo maximo placens	15		
	a tua numquam voluntate discedat. Per Dominum.	20		
f 128r	<i>Epentica in divum Nicoleon pontificem paludataque pedestris contio in totius plebis consensu perorata</i>			
	Consuevere mortales, magnifice praetor, academiae nostrae moderator insignis, vosque reliqui viri clarissimi, si quid praeter assiduam consuetudinem eveniret bonum, dignum, laudabile, id non solum merito laudum preconio celebrare sed magna quoque admiratione prosequentes divinum potius quam humanum existimare. Quod cum impresentiarum minime facile contingere posset, qui non puer tantum, sed pene infantulus hunc in locum dignissimum in tanto virorum doctissimorum consensu dicturus prodire ausus fuerim. Vereor tamen, ne preter admirationem vestram, quod gravioribus annis ornamento et laudi, mihi temeritati potius ascribendum existimetis. Sed illud me solatur, cives egregii, quod licet Octavium imitatus, qui duodecimum annum aetatis agens aviam Iuliam defunctam pro contione laudavit plus quam meae patiantur vires,	5		
			10	
			15	
			20	
				121
f 128v	honoris ultro susceperim. Has nihilominus lucubratiuncularum mearum primitias tali tantoque numini dicatas esse conspicio, quod etiam ad enumerandas laudes suae obmutuscentium posset ora resolvere, quarum cum difficilius fit exitum, quam principium invenire, a quo potissimum exordiar, incertum est. Dicendum est enim de sanctissimi pontificis Nicolai laudibus, cuius integra fides, constantia, probitas ac vitae sanctimonia caeteras hominum laudes tantum imminuit, ut solus ipse tum scribentium, tum legentium vires defatigare possit. Nam ut eius patriam domumque subiticeam, de quibus cum multa atque ea quidem relatu dignissima occurrant, nolo tamen nimium in aliena laude temporis consumere, ne quod suum est parvum mihi dicendi argumentum supeditasse videatur. Quis enim hac tempestate mortalium divum Nicoleon ingenio clarum, vitae integritate clariorem, sed mira		5	
			10	
			15	
			20	
f 129r	quadam miraculorum praerogativa clarissimum, non amet, non colat, non admiretur. Cuius			

	ut primaeva virtutis exercitamenta pretere- am, quae tum litteris ac bonarum artium disciplinis operam navando, tum facilitate semper et mansuetudine ac munificentia cum caeteris aequalibus decertando pueriles som- nos suos senili gravitate indutos in omnium oculis mirabiles reddidere. Quanta pruden- tia, aequitas, fortitudo, modestia! Post ea na- turalia prima, quibus sibi natura concii- liatus est, homo ineuntem etiam aetatem inces- sit. Quanta in omnes beneficentia! Quanta pietas! Qui suavissimi mores! Quae vitae institu- tio! Quanta probitas, fides, integritas, religio robustioem deinceps aetatem firmioremq illustravit! Deficeret me profecto dies, si o- mnia prosequi, si singula percensere vellem, eaque magis taedium, potius quam delectationem audito- ribus fortasse pararent, quod cum iam omni- bus ita manifesta sint, ut eorum fama ad	5 10 15 20		
f 129v	caelos usque tranaverit. Talis commemoratio in hos presertim et loco et tempore superva- canea est. Nullus enim est, qui nesciat, qua mente, quove animo divus hoc pontifex no- ster neglectis omnibus fortunae bonis, neglecta omni dignitate et gloria, quae etiam mode- stissimam quamque sanctitatem, ut Valerius inquit, sui dulcedine contingere solet, negle- ctis etiam propriis parentibus, qui eum a cocepto itinere retardare conabantur pau- perculam istam et corpore et spiritu reli- gionem suscepit, susceptam deinde tum sa- pientia sua et optimis saluberrimisq consi- liis, tum fide et auctoritate ita instituerit, ut cum ab ipso primum et verbo et opere totius humilitatis et obedientiae, totius conti- nentiae et castitatis, totius denique vitae sancti- moniae non obscura quidem exempla sum- pisset, stabili deinceps veluti quodam plebi- scito firmata, quid ad utramque et animae et corporis salutem pertineret nullo umquam tempore	5 10 15 20		
f 130r	ignoraret. Unde non difficile quidem effe- ctum est, ut qui ad christiana stipendia facienda a suo caelesti principe hanc in mun- danam militiam cum imperio missus e-			
	rat et regiis dimicando fascibus illustrare- tur et peracta militia in principis sui Capi- tolio non immerito triumpharet. Nam ut eius mirabilem doctrinam omittam, qua fretus in doctissimorum virorum medio sae- penumero disputavit. Ut assiduos caelestium numinum afflatus subiticeam, quibus quot- tidie visitatus ab humanis penitus sensibus rapiebatur et in iucundissimam dei maxi- mi optimi contemplationem eductus mi- rifice gaudebat. Ut denique varia miracu- lorum eius genera preteream, quibus huma- num populum pientissime donavit. Nonne maximum fuit illud mirabileque pietatis opus quod tres scholastici ordinis adolescentes ab acerrimo christiani nominis hoste compres- sos ad vitam redegit? Mirabile quidem fuit	5 10 15 20		
f 130v	et omni laudationis preconio prosequendum et nostrae precipue academiae, quae a tanto tutore servata, intrepida securitate flo- rescit. Eya, igitur, agite mecum omnes scholastici ordinis adolescentes, hunc adeo clementissimum parentem viva voce salutemus. Salve, pientissime pater Nico- lae, academicae turbae columen, spesque fidis- sima. Salve, qui gymnastici ordinis salutem gloriamque tutoris, sanctissime parens, hanc tibi iuvenilem catervam iure quodam a- scriptitiae servitutis sacratam suscipe. Hanc foveas, hanc tuearis, ut te clementissi- mo Maecenate nostro apud deum ma- ximum optimum curante et patria nostra triumphet foelicissime et nos tandem omnes, caelestis regni partici- pes effecti, in peroptatam possimus apo- theosim penetrare. Dixi			
	Paeniproseucticum icossistichum elegon ibi- dem equestri contione decantatum	20		
f 131r	Carmina deposcit veteri de more December Carmina Nicoleos turba diserta petit. Dona ferunt alii lautos signantia fastus, Nos parvo e pluteo carmina parva damus. Eya igitur, iuvenes, rumpamus pectore voces Et resonent dulces sidera cuncta sonos.			5

	Nicoleon canimus, clariae, resonate, puellae, Nicoleo cantus dic, elegia, tuos.	
	Respice, quam laeto doctissima turba sophorum Hunc celebret vultu, hunc veneretur, amet	10
	Et quam foelicem sensit Parnassia lucem Indyta gens tanto condecorata deo.	
	Lucifer Hesperias Aeneam ut duxit in oras Et dedit optato moenia firma solo,	15
	Palladis auspiciis adiutus Agenore natus Prompsit Echionios anguigenasque viros.	
	Ac velut Euander divino numine tutus Fatidicae matris venit ad Italiam,	
	Sic nos Aonios cupientes scandere sedes, Dum petimus, pavidum qui tueatur iter,	20
	Tu nunc, Sancte Pater, foelici numine primus	
f 131v	Occurris tamquam lucida stella poli, Qua monstrante viam portus intrare salubres Speramus facili non remorante Noto.	
	Sic igitur tenebras subeant tua sidera numquam Et numquam Stygio sint violata lacu.	5
124	Sed potius radio semper meliore nitescant Et maneant capiti stemmata firma tuo.	
	Fac, niteat claro nobis tua stella nitore, Qua duce tendamus sidera ad alta poli,	
	Da Phoebum, Phoebique choros, da Delphica nobis Templa, corymbiferas funde benignus aquas,	10
	Castalios concede, pater, sentire liquores Et gravibus decores pectora nostra sonis.	
	Nos tibi perpetuas dicemus carmine laudes, Nicoleos doctae firma columna togae.	15
	Nicoleon coeli resonabunt sidera, montes, Flumina, convalles, aequora, stagna, lacus.	
	Te solum Phoebus, te solum Musa parentem Cantabit, doctis portus et aura vires. Cecini.	
	<i>Postremum exodium tyrianthino syrmate post peractam pompam in academica contione conclamatum</i>	20
f 132r	Initiati quondam caelestibus sacris maiores nostri, Excellentissime Praeceptor vosque reliqui scholasti- ci ordinis iuvenes integerrimi, quicquid Ethru- sco foculis instituto mactassent, in mistica qua- dam observatione in humanos actus transi- re volebant. Hinc iocos, xenia, apophoretaque sive lemmata in Saturnalibus genio caricas	5

	autem Hymetios liquores levique brathea cir- cumdatam cariotam aera seu magis placen- tia bicipiti deo obtulere mortales. Utraque scili- cet munerum genera ab animi contempla- tionibus ad fausta corporis exercitamenta de- ducentes. Quid nos igitur, qui divo Nicoleo, tu- tori nostro Cecropias faces argenteis nummis circumdatas obtulimus? Nonne animo pri- us indeficiens lumen optavimus? Non sine mellita dulcedine profuturum? Non canam tacitamque fidem? Non operum emolumenta precati sumus? Et omnia tamen Attico per- fusa eloquio? Eya igitur, scholastica turba,	10
		15
		20
f 132v	quod alacri vultu deorum altaribus libata victima sumus polliciti, id foelicibus huius anni curriculum alacriori fronte prosequa- mur, ut superum iuvante numine, cui per gymnasmatum nostrorum primitias ri- te sacramus et patriae utiles et honesti cives evadamus et pientissimo praeceptori nostro non minus honoris et laudis adi- cere possimus, quo moderante ad Euii vopul- tatum anfractibus in dextrum Xenophontii iam possumus Herculis hyppodromum tuti cursitare. Dixi	5
		10
		125